

GEMMA PHRYSIUS MATHEMATICVS.



Gemma apud Phrysius natus & honeste.edu
catus fuit. Is cum prima rudimenta in patria
didicisset, sese Louanium contulit, atq; Mathema-
ticis disciplinis magna diligētia incubuit. Huic e-
tiam studio Medicam facultatem coniunxit, & in
utrisq; praeclarā sibi eruditioñ comparauit. Itaq;
in ea Acadēmia inter professores cooptatus, Ma-
themata publicē docuit, & praeclarum sibi nomen
comparauit. Scripsit is Methodum Arithmeticæ:
deinde rationem de locis describēdis, deq; eorum
distantijs inueniendis, item de usu annuli Astro-
nomici. Chartam etiam siue (ut uulgas uocat) map-
pam, qua continetur generalis totius orbis descri-
ptio, partim ex ueteribus partim recentioribus collegit, atq; singulari artificio
Carolo Cæsari nuncupatam, Louaniā 1540 publicauit. Hoc modo factum ut
Cæsari gratissimus esset, atq; sua presentia eam scholam plurimū exornaret.
Con. Gess.